

לעיים in *acervos lapidum*:) quales scilicet A deprehenduntur in agris post elapidationem, ut expressè additur ו acervus agri, locò jam citatò Mich. I, 6. Confer Jer. xxvi, 17. & Mich. III, 12. & Jerusalem erit ייע acervi. item Jof. XVII, 1. Belgæ: Steen Hopen. Sine fundamento igitur est quod LXX. hic ponunt ὀπωροφυλάκιον, *potarium*, vel *rusticanam casam*, in quâ custodes pomorum agunt excubias &c. Melius Aquila, εἰς λιθόεσον, quod Hieron. *epist. ad Suniam*, exponit acervum & cumulum lapidum, quibus vineæ & agri purgarisoleant.

EXPLICATIO VERSUS II.

נבלה *cadaver*:) singularis ponitur collectivè, ceu vers. II. אסיר i. e. captivorum, &c.

עבדך *servorum tuorum*:) h. e. tum sacerdotum in templo (cujus proximè meminit) Deo suo inservientium, tum in genere Israelitarum aliorum, qui & ipsi addicti sunt divino cultui, nullum alium præter hunc unicum Dominum cæli terræque agnoscentes, nullique alteri, præterquam huic uni, inservientes; quâ ratione *servire* Deo, est, Deum colere, *Exod.* III, 12. IV, 23. V, 18. *Psal.* II, II. *Matth.* IV, 10. &c. Inde *servi Dei* vocantur tum pii in universum, ut *Gen.* XXIV, 14. XXVI, 24. L, 17. &c. tum κατ' ἐξογὴν qui præ aliis fideles atque seduli, ut Caleb, *Num.* XIV, 24. Jobus 1, 8. II, 3. XLII, 7. 8. Ezechias, 1. *Par.* XXXII, 16. Moyses, *Exod.* IV, 10. Samuel 1. *Sam.* III, 9. 10. Apostoli, *Actor.* IV, 29. & Martyres, *Apoc.* XIX, 2. quâ ultimâ ratione etiam hic *servi Dei* accipi possunt, qui nimirum à Deo ex servitute Ægyptiacâ potenter in libertatem asserti, ad ingenuum nunc obligati erant servitium Deo suo exhibendum, licet fortasse plures ex occisorum numero verâ caruerint sanctitate, juxta *Jerem.* V, 1. videatur *Muis*. Ebræi per mortem expiata dicunt fuisse delicta priora, factosque sic esse *Dei servos*, qui prius mundo Dæmonibusve inservierint. Verùm quàm falsò talia sive actionibus, sive passionibus tribuantur humanis, discutitur alibi in Scholâ Theologorum.

לעוף *volucris*:) h. e. cunctis indiscriminatim volucris rapacibus ac carnivoris, v. g. aquilis, accipitribus, corvis, &c. per synecd. namque singularis ponitur pro collecta avium illiusmodi multitudine; quâ ratione etiam *Psal.* VIII, 9. Messia subdita scribitur צפיר avis, &c. Indicatur autem hac phrasi sepulturæ denegatio, ubi ob defectum vespillonum, hostiumque vias omnes occupantium ferociam, cadavera interemptorum in acie, manent in agris insepulta, avibusque ac feris h. m. cedunt in rapinam, vide *Gen.* XL, 19. *Deut.* XXVIII, 27. 1. *Sam.* XVII, 44. 1. *Reg.* XIV, II. XVI, 4. XXI, 24. *Jof.* XVIII, 16. Sic Homer. *Iliad.* δ. horum certè tenera corpora vultures vorabunt: & *Eurip.* de Polinice ait, eum relinquentum ἀκλαυσον, ἄσαφον' ἀιωνοῖς Φορσῶν, indeploratum, insepultum, volucris prædam. ita Virg. *Aneid.* 10. alitibus linquere feris.

השמים *cælorum*:) i. e. aëris, cum ad cælum propriè dictum sive firmamentum, nulli avium detur aditus. Similis locutio est *Gen.* I, 26. *Pf.* VIII, 9. *Jer.* IV, 25. *Matth.* VI, 26. &c.

בשר *carnem*:) i. e. cadavera: idem namque per epexeg. aliis repetitur verbis.

חסידיך *Sancti vel beneficiarii tui*:) h. e.

unius cujusque Israelitarum, qui חסידים *gratiam* bene multam adepti sunt, apud Te post primam eorundem in fædus circumcisionis susceptio-nem, quò ipsò etiam sanctificati simul sunt, tibi-que peculiariter segregati ad cultum sanctum &c. vide de hac voce חסיד *Pfal.* XII, 2. & XXX, 5. Singularis per *enall.* ponitur pro plurali ad indi-candum distributionem in singulos; q. d. nemo sanctorum exceptus fuit ab isthac immanitate, imò ne rex quidem Saul cum filiis, 1. *Sam.* XXXI, 9. 12. Alcimo 60. *Hafidæos* necante, vulgus puta-vit, idem h. l. prædictum fuisse facinus. *Scalig.* *trib. p.* 316. (ex 1. *Macc.* VII, 16.) De sanctitate non internâ, sed externæ professionis, latius h. l. *Hopf.* Belgæ. unv. Günst genoten/ quod ipsum *Pfal.* IV, 4. declarant חסיד esse eum, cui Deus beneficentiam suam ac favorem exhibet, quibus dum frui-tur, vicissim erga alios talem exhibere benigni-tatem allaborat, osoribus condonando, &c. v. *Matth.* V, 44. 45. 1. *Job.* IV, II.

בהמה *bestie agri*:) i. e. feris silvestribus, leonibus, uris, lupis, vulpibus, &c. Sic *Seneca* in *Thyeste*: ne negat functos humus, ne solvat ignis, avibus epulandos licet ferisque triste pabulum fævis trahat. vide *Ezech.* XXXIII, 27. eum, qui in superficie agri, bestia tradam, ut devoret eum, item *Pfal.* LXXIV, 19. 1. *Sam.* XVII, 46. De more relinquendi cadavera facinorosorum, an licitus, &c. lege *Rivet.* in *Gen.* p. 760.

EXPLICATIO VERSUS III.

שפכו *effuderunt*:) tum in aperto bello, tum in latrocinio, tum sub specie nonnunquam legitimorum iudiciorum &c.

כמים *quasi aquam*:) h. e. copiosissimè, temerè, citra ullam reformidationem offensæ divinæ, aut humani sanguinis reverentiam. Sic *Zeph.* I, 17. effundetur sanguis eorum quasi pulvis, & corpora eorum sicut stercorea.

סביבך *in circuitibus Jerusalem*:) h. e. undique circa sanctam hanc metropolin, quæ contra latrones raptoreque illos divagantes munitor, intacta quodammodo remanebat ad tempus. Nomen סביב *circuitus*, positum, absque præpositione (כ) degenerat quodammodo in præpositionem *Circa*: plenè habetur *Jer.* XXXII, 44. XXXIII, 13. וסביבך & in circuitibus Jerusalem. ellipticè autem passim, ut *Exod.* VII, 24. circa rivum: *Num.* XI, 31. 32. circa castra, &c.

קובר *nemo sepeliens*:) ob hostium sc. truculentiam, etiam in cadavera adhuc favientem &c. Contra hanc autem sepulturæ denegationem solatia suppeditat Gerh. t. 8. *LL. de morte* §. 83. De stoliditate gentium circa sepulturam, ubi *levem* precabantur *terram* iis, quibus saxa imponebant grandia, &c. v. *Casaub.* in *Persii sat.* 1.

EXPLICATIO VERSUS IV.

היבה *opprobrium sumus*:) h. e. extremè contenti probrisque omnium expositi, adeò ut ipsum in abstracto quali *opprobrium* esse videamur, vide *Psal.* XXII, 7. ego sum חרפה *opprobrium* hominum: & *Pfal.* XLIV, 14. ponis nos חרפה vicinis nostris item *Pfal.* LXXX, 7. Sic gestare opprobrium in sinu suo: *Pfal.* LXXXIX, 51. *Mich.* VI, 16. operiri opprobrio, *Pfal.* LXXI, 13. sustinere opprobrium, *Pfal.* LXIX, 8. satiari opprobrio, *Tbren.* III, 30. De voce חרפה *Pfal.* XV, 3. De modo justè ferendâ